


1760. 31
**CONSPECTVS
PRAELECTIONVM
TAM. PVBLICARVM
QVAM. PRIVATARVM
QVIBVS
ACADEMIAE. ROSTOCHIENSIS
PROFESSORES
POST
PASCHATOS. FESTVM
ANNI. MDCCCLX.
OPERAM. SVAM. IMPENDENT
PVBLICATVS
ABS
HODIERNO. ACADEMIAE. RECTORE
**IOANNE. IACOBO
QVISTORPIO****

S. S. THEOL. DOCT. METAPH. P. P. O. AD. DIV. NICOL. AED.
PASTORE. ET. REV. AC. SER. EPISC. LVBEC. DVC.
SLESV. HOLS. A. CONSIL. CONSIST.



ROSTOCHII,
LITTERIS, ADLERIANIS.



FACVL TAS THEOLOCICA.

JOANN. CHRISTIAN. BVRGMANN, D. P. P. et
Facult. Theol. Senior, recitationes, quas publico supe-
rioris anni conspectu memorauit, dogmaticas, exegeti-
cas, morales, symbolicas, et historico-ecclesiasticas, Diuina
virtute confirmatus, expediuit omnes, praeterquam polemicas
de controvcrsia eccl[esi]iae nostrae recentioribus, quibus primum nunc
locum, videlicet horam VIII-IX. condixit. Reliquarum,
quas repetere non adtinet, sigillatim dogmaticarum, symboli-
carum et historico-ecclesiasticarum non incurius erit; sed eas,
prout humeri ceteraeque ferunt occupationes, propediem di-
stribuet. Bene vertant conatus et in Diuini nominis honorem!

JO. HENR. BECKER, S. Theol. D. et P. P. O. Fa-
cult. suae hodie Decanus, non potest, quin, quae superiore anno
h. l. dixit, eodem, quo tunc, malo nenuino diurno adhuc
adfectus, hic repeatat. Quare, nomen suum ad minimum h. l.
professus, de se, suisque laboribus, mauult non promittere
certa, quam non servare promissa. Quod, fauente Numinis
gratia,

* 2

HER

gratia, integrum ipsi erit, usibus Nobiliss. Dnn. Studiosorum
inserviendi voluntate studioque nemini secundus, praestare
haut intermettet. Dirigat cuncta Deus pro infinita sua sa-
pientia!

D. BERNH. FRIDER. QVISTORP, P. P. O. et
E. D. R. S. absolutis, in quibus proponendis adhuc occupatur,
praelectionibus thetico - antitheticis, ad P. III. Theologiae pro-
gredietur, cui cum institutiones *thetico-morales*, tum exercitia
examinatorio-disputatoria addet. Perget ad alia dein per seme-
stre, si vitam Deus et vires concederit, brumale, quae tamen,
cum a nutu auditorum ea pendeant, definire non audet. Di-
rigat cuncta S. Numen in sui nominis gloriam!

D. CHRIST. ALB. DOEDERLEIN, Theologia
dogm. propediem ad finem perducta, rursus eam capesset hor.
consu. Hor. IV - V. praelegeat alteram partem Theologiae
mor. Duce vener. WALCHIO: qua absoluta, volente Deo, au-
spicabitur Theologiam polem.

FACULTAS JVRIDICA.

D. ERN. JO. FRIED. Mantzel, *Ducalis Confiliarius et
Pandect. Prof.* per periodum aestivam, inserviet, cupidis.
Collegio publico Pandectali, cursorio.

Tradet fundamentalia, definitionum atque distinctionum
cum usibus practicis, pariter ac assertiones regulasque cardinales,
una cum decerpis thematibus selectissimis, exhibita
ubique, per ocularem inspectionem, Historia litteraria Iuridica.

Ambientibus offert, die Einleitung in die gesammte Staats-
Geschichte, juxta Scriptores primicerios et respiciet maxime
die Mecklenburgische pragmatische Historie.

Ius Feudale, commune et Patrium, erit iterum inter delicias.
Qua Conventus praticos et disputatorios, morem servabit sibi
perpetuum. Lectiones hyemales justo intimabit tempore.
Pacem det tandem lava tua gratia nobis.

HER.

HERMANNVS BECKER, LL. D. et instit. P. P.
Ord. Senator.

Per instans semestre aestiuum offert
1) loco collegii institutionalis enucleationem elementorum
iuris romani Eberh. Habernikkeli.
2) paelectiones in b. Engovii elementa iuris criminalis.

Per subsequens autem semestre hybernum , deo volente
promittit

- 1) Praelectiones repetitas dictorum elementorum iuris ro-
mani , ac cum iis
- 2) coniungeret aut collegium iuris canonici ad ductum ele-
mentorum Kahlii , aut iuris feudalis secundum elementa
b. Struvi et quidem eius editionis , quae curis Jllustr.
Helfeldii paelectionum usibus accommodata exstat.

JACOBVS HENRICVS BALEKE , Jur. D. et
Cod. P. P. O. per instans semestre aestivum adjuvante Deo ter
optimo terque maximo.

Hora VII - VIII. redauspicabitur *Jus Feudale* paeente
Jac. Gabr. Wolfio.

Hora VIII - IX. exponet *Institutiones Juris Civilis* duce
Heineccio.

Horis X - XI. et XI - XII. ordietur denuo *paelectiones sic-
dictas Pandectales* ad ductum Boehmeri in *Intro. in Jus Dig.*

Hora II - III. instituet *examinatorium.*

Neque deerit illis , qui paelectiones *Jur. publici* secun-
dum *Schmauss. Elem. J. publ.* vel *manuductionem* ad *praxin* de-
siderant.

FACVLTAS MEDICA.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING, Senior
Facultatis Medicae, in tradenda Anthropologia erit occupatus,
ita, ut paemissa succincta partium corporis humani explica-
tione, ad ductum Compendii Heisteriani, usum harundem, se-

cundum placita recentissimorum Physiologorum subiectet. Pariter singulis diebus horam destinabit paelectionibus in materiam sic dictam medicam, operam praesertim collocatus in suppeditandis notis characteristicis medicamentorum tam simplicium, quam arte pharmaceutico-chemica praeparatorum, et detegendis horundem corruptelis, et adulteratiibus. Si qui praeterea fuerint, in aliis artis salutaris partibus instituendi, horum desiderio pro posse adsentire non deerit.

GVST. CHRIST. DE HANDTWIG, Dr. per aestatem tradet,

I) *Physiologiam cum Pathologia generali.*

II) *Chymiam*, praeente b. Teichmeyero.

JO. BERNH. QVISTORP, Med. Doct. Prof. P. O. per aestatem paelectiones botanologicas et plantarum demonstrationes, una cum solida earum adplicatione ad praxia medicam offert. Privatim cuicunque singularem industriam ex quolibet Medicinae fonte pollicetur.

FACVLTAS PHILOSOPHICA.

PAVLVS THEODORVS CARPOVIUS, Phil. et Med. D., Lingv. Orient. et C. C. Ducal. Prof. P. O., Facultatisque Philosoph. Senior,

Linguis Orientales docere, paeprimis *Hebraeam*, tam *Biblicam* quam *Rabbinicam*, *Hebraeo-Teutonicam*, *Chaldaeam*, *Syriacam*, *Arabicam*, sedulus perget:

Biblicum etiam iterum aperiet *Collegium*, nec non *Dicta Classica* enucleabit seorsim:

Antiquitates quoque *Hebraeas* ex- et ad *illustrationem Scripturae S. Foederis* utriusque applicabit; speciatimque ea, ad *Synagogicum* quae spectant cultum, in ipsis Nundinis Pentecostalibus, propter exhibitam tunc a *Judeis* praesentibus majorem opportunitatem:

Botanico denique etiam studio aliquod temporis vult esse dicatum. F. D E V S F!

D. JO-

D. JOACH. HENR. PRIES, Moral. P. P. O. et
Past. Marian. Hora VI-VII. in *Histor. Eccles.* sedulo perget,
qua absoluta vel *Lectiones Historico-Criticas in N. T.*, vel *Theolo-
giam Moralem*, vel *Collegium aliquod Biblicum* in *Epistolam aut ad Ro-
manos*, aut ad *Hebraeos* auspicabitur, prout plurimis Dnorum
Commilitonum visum erit. *Theologiam Dogmatico-Polemicam*
horis XI-XII. et V-VI omni cura, ut per complures an-
nos jam sivevit, continuabit. Per hyemem denique *Philosophi-
am Moralem* hora X-XI. publice tradet. Cuncta Deus feliciter
et ex voto nobis evenire jubeat!

ANGELIVS JO. DAN. AEPINVS, Phil. Prof.
Duc. P. O. per futurum semestre *Logicam*, b. CORVINI, *Meta-
physicam Celeberr. BAVMGARTENII*, et *Philosophiam Moralem* JLL.
DARIESII, praelectionibus suis illustrabit. Praeterea siquidem
COMMILITONVM PRAESTANTISSIMORVM voluntas
illud imperaverit, in JLL. PÜTTERI *Grundris der Staatsverände-
rungen des Teutschen Reichs* commentabitur, et iis qui humanio-
res litteras amant, facile se ducem praebebit. Quaenam labo-
ribus his impendendae sint horae, AUDITORVM electio ipsum
docebit, quam tempestive ex publica tabula indicabit. F. F.!

IO. IACOBVS QVISTORPIVS, SS. Theol. D. et
Metaph. P. P. O. b. MOSHEMIO Duce *Historiam Ecclesiasticam* a
nato CHRISTO ad Finem usque Saec. XVII. Hor. VIII-IX
tradet; Hor. IX-X *Theologiam Dogmaticam* ad propria Praecep-
ta docebit; Hor. XI-XII *Praelectionibus Metaphysicis*, quibus
b. ESCHENBACHII *Compendium vernaculum* illustrabit, di-
cauit. Addet his post elapsum Semestre primum tum *Theolo-
giam Polemicam*, tum *critico Isagogicum Collegium in Libros V. T.*
Faxit Supremum Numen, vt omnia cedant feliciter.


CHRIST. EHRENFR. ESCHENBACH, Med.
D. et Math. Prof. per instans semestre aestivum *Mathesin Puram*;
per hybernum, ex Applicatae Matheos Capitibus potiori-
bus, praesertim *Astronomiae* partem tam physicam quam mathe-
maticam docebit. Medica quoque collegia, imprimis *chirur-
gica*,

gica, et quae ad artem obstetriciam addiscendam faciunt, offert. Praelectionum fundamentum propria erunt elaborata: quoad Medicinam, dudum jam cognita; et, quoad Mathesin, prima occasione data, edenda. Horae, singulis laboribus destinatae, e Tabula publica indicabuntur.

M. WENCESL. JO. GVSTAVVS KARSTEN,
hora VIII - IX. *Algebram* cum *Geometria Sublimiore*, et hora II - III. *Geometriam et Arithmeticam Elementarem* docere decrevit secundum compendium ab ipso editum: *Mathesis theoretica Elementaris atque Sublimior*. Hora IX - X. explicabit *IV. Darieffii Institutiones Iuris-prudentiae universalis*; hora vero X - XI. praelectiones instituet *m Morales* atque cum ipsius *Ethices Philosophicae* explicatione conjunget palmaria Ethices Christianae dogmata ad demonstrandam utriusque scientiae harmoniam secundum proprium compendium *Beweis für die Wahrheit der Christlichen Religion aus der Vergleichung der Christlichen und Philosophischen Sittenlehre*. Hora XI - XII. continuabit praelectiones algebraicas, quas sub initium praeterlapsi semestris hyberni auspicatus est. Hora III - IV. docebit Mathesin Practicam duce *Cel. KAESTNERO in den Anfangsgründen der angewandten Mathematick* et hora IV - V. *Metaphysicam* secundum *Cel. Baumeisteri* compendium. Praeterea si quis Academiae nostrae civium selectior coetus prolixiores alicujus *Matheseos Practicarum* partis desiderabit explicationem, quam in Collegio Elementari expectare potest, veluti *Mechanices, Optics, Astronomiae Sublimioris, Artis Agrimensoriae, Architecturae Militaris*; eorum desiderio magna satisfaciet voluptate.

❀ ❀ ❀

Neque desunt Linguarum exoticarum, atque Exercitiorum, quibus Corpus perficitur, Magistri idonei et periti, qui Operam offerunt, spondentque.



P. P.
D. XXX, MARTII MDCCCLX.